BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

# CONFUTATIO THEOLOGICA PHILOSOPHIÆ NEOTERICÆ

*IN DUAS PARTES*

DISTRIBUTA.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

# EXAMEN THEOLOGICUM PHILOSOPHIÆ NEOTERICÆ EPICUREÆ, CARTESIANÆ, LEIBNITZIANÆ, WOLFIANÆ.

AUCTORE

P. VEREMUNDO GUFL,

SACERDOTE BENEDICTINO PRIFLINGÆ SS. THEOL. ET CC. PROF. EMERITO.

## PARS I.

RATISBONÆ,

LITTERIS ZUNKELIANIS.

MDCCLX.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

Non simus parvuli fluctuantes & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.

Ephes. 4.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

# FACULTAS
## Reverendiſſimi DD. Præſidis Generalis exemptæ Congregationis Benedictino-Bavaricæ &c.

Nos BEDA, Dei gratia Abbas Weſſofontanus, p. t. Congregationis Benedictino-Bavaricæ Præſes generalis &c. Admodum Reverendo ac Eximio P. Veremundo Gufl, Benedictino Priflingenſi, Philoſophiæ, SS. Canonum & Theologiæ Profeſſori Emerito &c. hisce facultatem impertimur, ut Opus, cui titulus, **Confutatio theologica Philoſophiæ Neotericæ,** multo labore & ſingulari induſtria a ſe compoſitum, & a deputatis cenſoribus omnis doctrinæ, fidei orthodoxæ aut bonis moribus adverſæ, expers inventum, typis vulgare valeat: ad ſtabiliendam conſummatæ Philoſophiæ, olim quatuor Tomis a ſe editæ, diſciplinam: & ad dilucidandas maximas difficultates (relate ad dogmata fidei) inter Peripateticos & Neotericos hodie calentibus ſtudiis agitatas. In cujus rei fidem hasce manu propria ſcriptas & officii ſigillo munitas dedimus in noſtro Exempto Monaſterio Weſſofontano die 21. Novembr. Anno 1759.

**BEDA, Abbas p. t.**
Præſes Generalis.

Nos PETRUS, Dei gratia Exempti Monaſterii Prunfeningenſis Abbas, perdilecto Conventuali noſtro admodum Reverendo, Religioſiſſimo ac Clariſſimo P. Veremundo Gufl, Notario Apoſtolico Romæ immatriculato, ſanæ Philoſophiæ, SS. Theologiæ & SS. Canonum pluries Profeſſori publico, ac jam emerito &c. ad ſobrietatem multorum facultatem impertimur, quatenus publicis typis **Neotericam Philoſophiam** in multis admodum exerrare ſuſpectam, ac plurimorum intellectum corrumpere deprehenſam *confutatione ſua ad judicium theologicum* &c. ſane ac ſolide revocare, ac ab iis expurgare valeat, quæ amicæ veritati per prurientem auribus novitiam apparentiam contravenire, docte noverit. In quorum fidem hanc licentiam Abbatiali noſtro Sigillo communivimus, ac manu propria ſubſcripſimus. Actum in Exempto Monaſterio Prunfeningenſi die 20. Julii 1759.

**PETRUS Abbas.**

BIBLIOTECA COMUNALE

# Censura.

Ex Mandato Reverendissimi & Amplissimi DD. Bedæ, J. U. D. Abbatis Wessofontani & exemptæ Congregationis Benedictino-Bavaricæ Præsidis generalis &c. Ego infra scriptus legi opus, cui titulus *Confutatio Theologica Philosophiæ Neotericæ*, in quo clarissimus & orbi litterato ex præclarissimis suis elucubrationibus satis antea notus Auctor, sicuti semper aliàs pro veritate, ita & nunc pro Philosophia Scholastica, quam SS. Theologiæ atque Orthodoxis dogmatibus quam castissime cautissimeque famulari debere satis operose deducit, insigniter zelatur & tanquam pro aris & focis quam eruditissime decertat. Cumque in ea nihil, quod cum Fide Catholica aut bonis moribus pugnaret, invenerim, sed potius, quod veritati ipsi uberius semper illustrandæ amplissimum campum aperiat, omniaque asserta sua S. Matris Ecclesiæ judicio submittat, ideo luce publica omnino dignum censeo. Actum in Parochia Aytterhovensi prope Straubingam, die 12. Novembr. 1759.

P. BENEDICTUS BUECHER,

*O. S. B. exemptæ Congregationis Bavariæ in Obernaltaich Professus, SS. Theologiæ Doctor, & Professor ac Decanus Emeritus nec non Consiliarius Ecclesiasticus Salisburgensis Protonotarius Apostolicus p. t. Parochus Ayterhovensis.*

# Censura.

Veteres sunt sannæ in Scholasticorum subtilitates. THUANUS (*) philosophiam elleboro ajebat similem, quem sumptum in massa repurgare dicebat, neci dare redactum in pulverem.

Plerique philosophiam absolvi nudis experimentis sensuum mallent, contenti vidisse aut manu tetigisse elementorum inter se pugnas & quidquid est horum. Quos alii quidem non philosophos sed philosophorum cocos appellant. Quippe serviunt delicatis, & maxime seculi genio, qui devorare scientias amat & velut dapes aliorum labore multo opipare elixas uno haustu abligurire, minime vero digerere ruminandoque in succum & sanguinem vertere.

Sunt, qui paulo plus hominis habent, paulo, inquam, plus intellectui quam sensui tribuunt. Hi ubi vel modice se ad contemplandum composuerint, illico confitebuntur, efficere id sese sine subtili discriminatione & acumine nulla ratione posse. Horum non pauci modico isto contenti, sive mollitie sua, sive quod otio majore egent, sive quod hebes ingenium in acumen tenerius procudi renuit, in duas abeunt classes. Alii horum modica hac subtilitate inflantur spernuntque tam subtiliores se tanquam nugivendos, quam & minus subtilibus insultant velut bardis. Pessime utrum-

(*) THUAN dubiæ Religionis vir.